VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



regnauit ioas filius ioachaz super israel in samaria xvi.
annis. & fecit quod malum est in conspectu domini. Non declinauit a omnibus peccatis ieroboam filii nabath. qui peccare fecerat israel. in ipsis ambulauit. Reliqua autem sermonum ioas. & uniuersa quae fecerat. & fortitudo eius
quomodo pugnauerit contra amasiam regem iuda. nonne
haec scripta sunt in libro sermonum dierum regum israel.
Et dormiuit ioas cum patribus suis. ieroboam autem se
dit super solium eius. Porro ioas sepultus est in samaria
cum regibus israel. Heliseus autem egrotabat infir
mitate. qua & mortuus est. Descendit ad eum ioas
rex israel & flebat coram eo. dicebat quoque. Pater mi pater mi.
curus israel & auriga eius. Et ait illi heliseus. Afferar
cum & sagittas. Cumque attulisset ad eum arcum & sagit
tas. dixit ad regem israel. Pone manum tuam super arcum.
Et cum posuisset ille manum suam. suppositit heliseus
manus suas manibus regis. & ait. Aperi fenestram orienta
lem. Cumque aperuisset. dixit heliseus. Iace sagittam. Et
iecit. Et ait heliseus. Sagitta salutis domini. & sa
gitta salutis contra syriam. Percutiesque syriam in aphech.
donec consumas eam. Et ait. Tolle sagittas. Quem cum tu
lisset. rursum dixit ei. Percute iaculo terram. Et cum p
cussisset tribus uicibus & stetisset. iratus est contra eum
uir dei. & ait. Si percussisses quinquies. aut sexies.
siue septies. percussisses syriam usque ad consumamino
ne. nunc autem tribus uicibus percuties eam. Mortuus est
igitur heliseus. & sepelierunt eum. Latrunculi quoque de
moab uenerunt in terram in ipso anno. Quidam
autem sepelientes hominem uiderunt latrunculos.
& proiecerunt cadauer in sepulchro heliseo. Quod cum
tetigit ossa heliseo. reuixit homo. & stetit sup
pedes suos. Igitur azahel rex syriae afflictus est
cunctis diebus ioachaz. Et miserti eius eorum &
reuisus est ad eos. propter pactum suum quod habebat cum
abraham. ysaac. & iacob. & noluit disperdere
eos neque proicere penitus usque in praesens tempus.
Mortuus est autem azahel rex syriae. & regnauit
benadab filius eius pro eo. Porro ioas filius ioachaz tu
lit urbes de manu benadab filii azahel. quas
tulerat de manu ioachaz patris sui iure pli
Trib: uicibus percussit eum ioas. & reddidit ciui
tates israel. Anno secundo ioas filii ioachaz regis
israel. regnauit amasias filius ioas regis iuda.
Lapi xiiii

Viginti v. annorum erat cum regnare cepis
set. xxx. autem & viii. annis regnauit in
ierusalem. Nomen matris eius ioaden de ierusalem. &
fecit rectum coram domino. uerumtamen non ut dauid
pater eius. iuxta omnia quae fecerat ioas pater suus
fecerat. nisi hoc tantum quod excelsa non abstulerit.
Adhuc enim populus immolabat. & adolebat in
censum in excelsis. Cumque obtinuisset regnum
percussit seruos suos qui interfecerant regem pa
tris sui. filios autem eorum qui occiderant non
occidit iuxta quod scriptum est in libro legis mo
ysi sicut praecepit dominus. dicens. Non morientur pa
tres pro filiis. neque filii morientur pro patribus.
sed unusquisque in peccato suo morietur. Ipse percus
sit edom in valle salinarum. x. milia. & appre
hendit petram in proelio. uocauitque nomen eius
iecethel usque in praesentem diem. Tunc misit
amasias nuntios ad ioas filium ioachaz.
filii iehu regis israel dicens. Veni. & uideamus
nos. Remisitque ioas rex israel ad amasiam
regem iuda. dicens. Carduus libani misit
ad cedrum quae est in libano. dicens. Da filiam
tuam filio meo uxorem. Transieruntque bestiae
saltus quae sunt in libano. & conculcauerunt
carduum. Percutiens percutisti super edom.
& subleuauit te cor tuum. Contentus esto
gloria. & sede in domo tua. Quare procuras
malum. ut cadas tu & iuda tecum. Et non
acquiuit amasias. Ascendit igitur ioas rex israel.
& uidit se ipse & amasias rex iuda
in bethsamis oppido iudae. Percussusque est
iuda coram israel. & fugerunt unusquisque in taberna
cula sua. Amasiam uero regem iuda filium ioas
filii ahaziae cepit ioas rex israel in bethsa
mis. & adduxit eum in ierusalem. Et interu
pit murum ierusalem a porta ephraim usque
ad portam anguli quadringentis cubitis.
tulitque omne aurum & argentum. & uniuersa
uasa quae inuenta sunt in domo domini. & in
thesauris regis & obsides. & reuersus est
samariam. Reliqua autem sermonum ioas quae
fecit & fortitudo eius. qua pugnauit contra
amasiam regem iuda. nonne haec scripta sunt